



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. LX. D. Augustinus obsidionis tempore, frequens populum adhortatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

animo forti & heroico subditos consolabatur, & hoc dictum ingeminabat cuiuspiam viri sapientis, Non esse rem magnam si caderent petræ & ligna, & homines moriantur, modò in Dei timore & gratiæ statu persistentes, patienter hæc accepta diuinitus flagella tolerarent.

CAPVT LX.

D. Augustinus obsidionis tempore, frequens populum adhortatur.

Hoc fine per hosce furores Vandalicos coram Hippoensi populo conciones habuit frequentes, quibus eum ad priorum scelerum detestationem, pietatem ac tolerantiam in finem usque seruandam, est alacriter cohortatus. Erant illæ quidem perbreues, sed dolore & lacrymis plenæ: quarum vnâ velut cygneâ voce, pulcre diuersam hominum bonorum & malorum in aduersitate sortem duobus vasis comparat, quorum vnum continet putredinem, alterum aromata pretiosa; id si vento agitetur, foetorem intolerabilem, hoc verò odorem suauissimum reddet: *Ita simul boni & mali indiscretè quidem turbati, sed alto Dei iudicio sunt separati: qui enim boni, dum aliqua tribulatio superuenerit velut vasa sancta, gratias agunt Deo, qui eos castigare*

Y 4 digna-

*Pulcerri-
ma diuersæ
hominum
in aduersi-
tate fortis
cōparatio.*

Serm. III.
De Temp.

dignatur; mali verò obmurmurant, dicentes: O Deus, quid tanti mali fecimus, ut talia patiamur? Vnde fit ut infelices isti, amore huius vitae obligati, nec istam tenere possint; & illam sempiternam, de qua fugiet dolor & gemitus, amittant. Et quod peius est, nec illa mala præsentia possunt euadere, & ad ea quæ aeterna mala sunt, eorum crimina eos faciunt peruenire, &c. O infelicitas generis mundus etiam amabilissimi! Amarus est mundus, & diligitur; rius amatur puta, si dulcis esset, qualiter amaretur?

CAPVT LXI.

D. Augustinus morbo tristitiaq[ue] lecto decumbit, agrumq[ue] ope diuinâ sanat.

DVM in hasce pias functiones omnibus viribus incumberet, tempus adfuit quo fidelissimus hic in vineâ Domini operarius condignam laboribus reciperet mercedem. Itaque omnibus Africæ ciuitatibus Tertio obsidio barbarico Vandolorum furori, præter Cardionis men- thaginem, Cirtham, & Hipponem conces- se S. Augustinus morbo corripi- dentibus; cum Bonifacius Comes Hippo- nem configuiens, ad eius obsidionem Vandalo prouocasset, & hanc urbem tertium iam mensem obsidione pressam, in maximas illi redigerent angustias; eoque maiores, quò plures Catholici de captis ciuitati- bus,